Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 67 [Verleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 143.

dient

Cod: LXVII. Sæc: 13. 1. 58.

Membran: 4to min:

Von den Franzosen bei Gelegenheit ihres Einfalles in Österreich 1805 mitgenommen worden. (P. Gottfried Frieß)

Elegantissime Scriptus, multisq; Florum, ac animalium imaginibus ornatus. Continetur

a Franci gallis abreptum

Kalendar: eccl: gallicum.

Calendarium ecclesiasticum idiomate gallico. Serta mobilia desunt; dies autem festivi colore violaceo exprimuntur. Incipit: Janvier ha XXXI. jours, et la lune en ha XXX. Festa B: V: M: Annunt: Assumt: Nativit: et Concept inscribuntur: la nostre dame; festivis quoque diebus adnumerantur 13o Jan: Saint remy; 22do ejusdem, Saint Vincent, 4to May: Sainte helene; 6to: Saint iehan; 7o Sainte marie, 9no: Saint nicholas; 3tio Augusti: Saint estienne; 9no Octob: Saint denis; 2do Nov: le jour des ames; 11o Saint martin; 23a Saint clement; 25o Sainte Katherine; 6to Decemb: Saint nicholas; 28vo Saint thomas S: Cantuarien. Quarto Octobr: occurit S: Francisci; S: Dominicum vero, nec ullum ex illius familia offendi. Inde conjici possit calendarium hoc annos 1228. inter, et 1233. esse confectum; illo enim Franciscus; hoc Dominicus sanctis sanctorum insertus est.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 67 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 144.

2

Officium de B. V. M.

Officium de B. V. Maria. Prima pagina exhibet historiam nuncii angelici ad Mariam, sub qua duo conspiciuntur viri (: Herculesvi, dentur ee :) tenentes tria seu lupi, leupersi capita in campo violaceo, sub pei inscriptione: SANS PLVS. Ipsum officium a nostro multum diversum; aliae sunt benedictiones, alii etiam plerumque Psalmi, et illud autem prorsus singulare, lectiones Matutini metrice compositae. Prima est:

Sancta Maria Virgo Virginum,
Mater et filia regis regum omnium
tuum nobis impende solatium,
ut coelestis regni per te mereamur habere premium
et cum electis dei regnare in perpetuum.

In fine officii Scriptum est Evangelium S. Joannis, quod, uti videtur, dictum est post completorium.

3

Officium de passione Dni.

Officium de passione Domini, cujus I Hymnus incipit:

Patris sapientia, veritas divina
Deus homo captus est hora matutina ec.

4

Officium de Spiritu S.

Officium de S. Spiritu. Ab initio mutilum est usqs ad verba: "est virgo secundata"

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 67 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 145.

5

Psalmi poenitentiales, et Lytan: major:

Psalmi poenitentiales cum Lytaniis majoribus, quae multum ab hodie in ecclesia usitatis discrepant. Sic inter Apostolos praeter Thaddaeum alius memoratur Judas. /: Iscariotes ?:/ Inter Martyres mentio fit Lini, Clementis, Sixti, Thomae, Dionysii, et: Inter Pontifices, et Confessores: Leonis, Martialis, Amandi, Brice, Remigii, Vedasti, Severini, Albini, &c. Inter Virgines: Mariae Aegyptiacae, Perpetuae, Felicitatis, Benedictae, Fidei, Spei, Charitatis, Genovefae.

6

Officium pro fidel: defunctis:

Officium pro fidelibus defunctis, cui praefigitur imago repraesentans sacerdotem celebrantem in colore violaceo. In fine officii non nisi tres sunt orationes: Deus qui nos Patrem &c: Deus veniae largitor, &c: Fidelium Deus omnium conditor &c.

7.

Orationes duae ad B. V. M:

Revelationes duae

Orationes duae ad B. V. Mariam, quarum prima incipit: "Obsecro te domina Sancta Maria", altera: "O Maria tues porta paradisi". Post rubro colore referuntur duae miraculosae apparitiones; una cuidam anachoretae facta de precibus monialium, in qua efficacia praedictarum orationum ostenderetur; altera obtigit cuidam reclusae virgini de cultu 5475 vulnerum Christi. memini me in revelationibus S. Birgittae 6666

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 67 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 146.

Orationes de passione Dni.

reperisse.) et de efficacia XII orationum de passione Domini, quae immediate subjunctae sunt. In calce additur Sabat mater cum tribus orationibus, et clausula:

O Mater Dei
Memento mei.

Cod: LXVIII

Chartac: 4to min: Foec: 18.

1.
5.9.18

Henrici Zoesii commentar. ad Pandectas.

Henrici Zoesii Commentarius ad Pandectas. seu digesta juris civilis cum notis W. J. Krigelstein 10 occupans tomos. Sufficientem de hoc Ms. notitiam pagina prima praestat, quae haec habet: "Henrici Zoesii Amsterfortii Jurisconsulti in Academia Lovaniensi Legum Professoris Ordinarii Commendarius ad Pandectas, seu Digesta Juris civilis. Novissime interpretatus in collegiis privatis Clarissimi viri Wenceslai Joannis Krigelstein J. U. D. et in celeberrima Universitate Pragensi Carolo-Ferdinandea Pandectarum Professoris Publici, et Ordinarii conscripta; quae sequuntur recentior

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 67 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27407